

appellationem fuerit aliquid attemptatum, nec etiam com-  
pellantur dictis appellationibus seu provocationibus in aliquo  
obedire nec etiam ad adjournamenta seu citationes ad dictam  
curiam factis occasione dictarum appellationum seu provocationum  
venire teneantur, licet cum cuilibet dictarum hominum appellare  
extra communiam alias quos manentes in communia, ad curiam  
predictam et ad appellationem suam venire si sibi placuerit, licet  
etiam dictis hominibus appellare in communia et extra, ad dictam  
curiam contra monachos Ecclesie Sancti Johannis Laudunensis  
contra alios quosdamque nomina dictarum monachorum vel  
Ecclesie predictae aliquid <sup>exploitantes</sup> (1) salvo nobis appellationibus seu pro-  
vocationibus in casu reporti, videlicet ob defectum juris et ob  
malum iudicium, cum super his ex parte fuerit appellatum. Ad  
quas quidem appellationes seu provocationes venire minime tene-  
antur, nisi adjournati sive citati fuerint, super hoc ad appella-  
mentum nostrum, de mandato nostro speciali (2) seu ad officias Curie nostre  
Lauduni per litteras Baillicie Normannie qui pro tempore fuerit. Si  
autem dictos homines ob aliam quamcumque causam a premisis  
ad curiam nostram vocari, adjournari seu citari debere contingerit,  
tranquillitatem et pacem nostrorum hominum cupientes et etiam  
predicto precio mediante, volumus dictos homines adjournari, vocari  
seu citari solummodo ad appellamentum nostrum de mandato nostro  
speciali (3) vel etiam ad officias Lauduni per litteras Baillicie Normannie  
qui pro tempore fuerit, Consuetudines, usus, prescripciones, pos-  
sessiones et saisinas contra premissa et singula premisorum, intraven-  
dendas si fieri contingerit penitus irritantes, et nullius esse momenti  
omnino decernentes, et debet hic sequi obligatio Regis. —

(1) des mots compris entre  
ces 2 chiffres sont d'écriture  
différente; et sont placés  
entre les lignes.

(2) ces mots de mandato...  
sont d'écriture différente il  
y avait per nostras litteras

(3) même remarque qu'en  
n° 2.